


Handwritten text in a cursive script, likely a form of shorthand or a specific dialect, written vertically on aged, yellowed paper. The characters are dark brown or black ink, and the writing is somewhat faded and irregular. The text is arranged in a single column, starting from the top and ending near the bottom of the strip.

I-38

8



I - 38 (1-5)

1771 (Catalan)

Handwritten notes in a cursive script, including the word 'magister' and other illegible characters.

Sermo quem fecit reuerendus pater Abbas dagular
excellēs in sacra theologia magister: & inquisitor ge
neralis heretice & apostatice prauitatis in Aragonia:
quando fuerunt traditi brachio seculari sicarii sacrile
gi magistri Petri Arbues de epila: beati inquisitoris
urbis Cesarauigre.

Extensive handwritten scribbles and faint traces of text in a cursive script, covering the lower half of the page.

Incipt Sermo reuerendi patris abbatis
Daguilari excellentis in sacra theologia
magistri

incipit sermo reuerendi patris abbatis
Daguilari excellentis in sacra



Incipit Sermo reuerendi patris Abbatis Dagui
lar excellentis in sacra theologia magistri.



GErrauerunt, excecavit enim illos malicia eorū. Sapiētie. ii. Verba ista respondent tacite questioni: que posset fieri per omēs circūstātes. & questio esset similis illi: que scribitur. Apocal. vi. ubi dicitur. **H**i q̄ amicti sunt stolis albis: q̄ sūt: aut unde uenerunt? Et sic unusquisq; uidēs presentē actum: posset querendo dicere. **H**i qui hodie hic apparent in uestibus nouis: & in habitibus peregrinis: & cum titulis: quales nunq̄ in hac insignissima ciuitate: nec in tota Hispania apparuerūt: qui sūt? & unde: aut ex quibus meritis in talem statum uenerunt? Huic questioni respondent uerba thematis: dicēdo. Errauerunt: excecavit enim illos malicia eorum. Vnde doctrina est Theologorum. q̄ nunq̄ est aliquis error uincibilis in intellectu: quē nō precedat aliquod uitiū: uel malicia in uoluntate. & sic istorū errorē precessit maxima malicia, scilicet negligētia cōsiderandi: que q̄dem negligētia dicit̄ ignorātia affectata interpretatiue. Et nō solū nō considerauerūt: quod cōsiderare debuerāt: sed desiderauerūt nescire grauissimū scelus: quod patrauerūt. Et sic ignorantia istorū sacrilegorū nō solū fuit ignorātia affectata interpretatiue: sed fuit ignorātia affectata exp̄sse. Et fuit quedā in naturalis malicia: que separauit eorū intellectum ab om

ni sapientia. Quia in maliuolam animam non in tro-
ibit sapientia. neq; habitabit in corpore subdito pec-
catis. Sapientie. i. Ergo errauerūt: quia excecauit eos
malicia eorum. Errauerūt per maliciam: que impedi-
uit eos in actu naturalis rationis. & excecauit eos: &
priuauit lumine gratie habitualis. non intellexerūt il-
lud principium intellectuale scilicet. Declina a malo:
& fac bonum: quia noluerunt. ideo dicitur de quoli-
bet istorum. Noluit intelligere: ut bene ageret. Occu-
pauerunt suos intellectus circa alia: scilicet in studio
turpis pecunie sibi pmissae. iuxta illud Prophete. Su-
per cecidit ignis. scilicet cupiditatis: & non uiderunt
solem. scilicet iusticie. Ergo errauerunt: excecauit enī
illos malicia eorum. Vnde reperio istos sacrilegos
multipliciter errasse. & sex errores grauissimos com-
misisse. Primo errauerunt: occidendo hominem. Se-
cundo occidendo hominem sanctum quodāmodo.
Tercio occidendo sacerdotem. Quarto occidēdo ma-
gistrum: & ueritatis Doctorem. Quinto occidendo
christiane fidei inquisitorem. Sexto occidendo in lo-
co tam sacro: in ciuitate tam insignissima. De quo-
libet istorum errorum dicitur modicū. & ultimo cō-
cludetur sermo cum quadam caritatiua exhortatione
que fiet istis peccatoribus sacrilegis: ne eorum anime
pereant. quas saluator noster suo precioso sanguine
redemit. Dico Primo q̄ errauerunt: occidendo ho-
minem contra preceptum domini. qui dicit. Non oc-
cides. Exodi. xx. Nam occidere de se soli deo conue-
nit. qui dixit. Ego occidam: & ego uiuere faciam. de

Yterono. xxxii. Est enim preceptum de non occiden-
do tam obligatorium: q̄ aliqui dixerunt: esse pecca-
tum mortale non solum interficere hominē: sed etiā
animalia bruta. ymo dixerunt esse peccatum scinde-
re arbores: et euellere plantas: que habent uitā uege-
tabilem. Cuius opinionis erronee fuit aliquādo be-
atus Augustinus. ut ipse inquit in li. confessionum.
Est ergo conclusio uera q̄ nullus potest occidere ho-
minem ex cupiditate nocendi: quin grauius peccet.
ut inquit beatus Augustinus super Matheum. & in
li. i. de libero arbitrio. & in. c. cum homo. & c. cū mi-
nister. xxiii. q. v. Et qui homicidas occidit zelo iusti-
cie: non est crudelis. quia non est crudelis: qui crude-
les iugulat. sed crudelis ideo uocatur: qa crudelis pa-
tientibus esse uidetur. Nam latro suspensus patibus:
crudellem iudicem putat. i. c. nō est crudelis. xxiii.
q. v. & nō est misericors: qui uitiis nutriendis parcit
ut i. c. q. uitiis. ea. cau. & q. Et inter Quatuor genera
peccatorum que in diuina scriptura dicuntur ad deū
clamare: & uictam petere: potissimum est peccatū
homicidii. ut ponit quedam glo. super librū sapien-
tie: exponēdo illud uerbū dñi cōtra Cahī. scilicet qd
fecisti? ecce uox sanguinis fratris tui Abel clamat ad
me de terra Genes. iiii. Et sic clamor sanguinis iusti:
quē isti peccatores sacrilegi tā enormiter effuderūt:
clamauit cōtra eos. & pduxit ad p̄sentē statū. Expedi-
ebat eis potius post tunicā reliquere palliū: q̄ p̄ tēpo-
ralibus uilibus & trāsitoriis tā acriter exardescere. ut i
c. suscepimus de homi. Nō cōsiderauerūt q̄liter raro

aut nunq̄ quis fūdit sanguinē crudeliter: q̄n crudeli-
ter finiat dies suos. Crudelissimus fuit Adonibosset
et magnas crudelitates cōmisit. Sed in fine in quodā
bello a iudeis fuit uictus: et captus. qui amputauerūt
ei sūmitates manuū et pedū. et tūc flendo dixit. Sep-
tuaginta Reges amputatis sūmitatibus manuū: &
pedū colligebant sub mensa mea ciborū reliquias. si-
cut feci: ita reddidit mihi deus. Iudiciū in capi. i. Cru-
delis fuit Cyrus Rex Persarū. sed postq̄ multa crude-
lia cōmisit: tandē deuenit in manus Thamiris Regi-
ne Massagetarū. cuius filiū crudeliter occiderat. nam
ab eadē regina deuictus est in bello: et eius caput am-
putatū: et ī utre sāguine humano pleno imissū. Vbi
Regina Thamir dixit hec uerba. Satia te sāguine hu-
mano: quē Triginta annis sitisti ut refert Iustinus hi-
storiographus. Crudeles fuerūt qui Cesarē interfece-
rūt: & Viginti tribus uulneribus eū crudeliter cōfo-
derūt. Sed ultimo ipsi percussores omnes crudeliter
dies suos finierūt. quidā enī periclitādo in mari: alii
in bello: alii eisdē pugionibus: q̄bus imperatorē per-
cusserāt: se ipsos interfecerūt. ut narrat Suetonius hi-
storiographus. Crudelissimus fuit Nero. qui matrē
magistrū & Cōsules Romanos interfecit: & Romā
cremauit. ut inquit Boecius in quodā metro quod
incipit. Nouimus quātas dederit ruinas. Sed in fine
manibus ppriis seipsū occidit dicēs. Ego neq̄ ami-
cū: neq̄ inimicū habeo. ut narrat Orosius: & Eutro-
pius historiographi. Iste Nero fuit q̄ pedibus premis-
sis natus est. in signū q̄ in actibus suis erat futurus a-
liis hominibus cōtrarius ut recitat Plinius. li. septio.

de naturali historia: Crudelis fuit Domicianus qui
plures martyrizauit. & eorū linguas amputauit, qui
post perfecte loquebātur, ut inquit Beatus Isidorus
& habetur, C. de offi. perfecti preto. Afri, l. i. Sed tādē
effusis uisceribus miserabiliter interiit. Crudelissi-
mus fuit Herodes ascalonita: innocētes martyres oc-
cidendo: sed ultimo seipsū interemit, ut narrat Iose-
phus, xvi. Antiquitatū: Et sic isti sacrilegi q̄a crude-
les fuerunt: crudeliter hominē occidēdo iusto dei iu-
dicio positi sunt in manibus iusticie: quia errauerūt:
hominem occidendo. Secundo errauerūt occidēdo
hominē fere sanctū & iustū, in quo apparet maxima
crudelitas istorum peccatorū, qui nō solum fuerunt
crudeles: sed seueri: & feri nullam culpā inueniētes in
eo quē occiderunt, quorū malicia non fuit humana:
sed bestialis, & ideo maior, quia proueniens ex mala
cōsuetudine: uel ex corruptione nature, ut traditur a
philosopho, vii, ethicorū, & seuericia istorū nō solū fu-
it contraria clementie: sed fuit contraria pietati, que ē
donū spiritus facti, cui uidetur opponi seuericia, ut ha-
bet sanctus Thomas, secūda secūde, q. clx, arti, ii. Vn-
de errauerunt occidēdo hominē: sed grauius occidē-
do hominē iustū, propter quatuor. Primo quia no-
cuerunt ei: quē magis tenebantur diligere ex caritate.
Secundo quia intulerunt nocumentū ei: qui secūdū
iusticiā erat minus dignus iniuriā pati. Tercio q̄a pri-
uauerunt regnū: & ciuitatē istā: maiori bono scilicet
homine iusto. Quarto quia cōtempserunt deū: occi-
dendo eius ministrum: & seruū, iuxta illud, qui uos
sp̄rñit: me sp̄rñit, Luce, x, Ista ē doctrina theologo-

rū: signanter sancti Thome in secūda secūde, q. lxxiii.
arti. vi. ubi dixit, q̄ in pensanda grauitate peccati: ma
gis est considerādum quod est de per se: q̄ quod per
accidens. Et qui occidit hominem iustum: & sanctū
per se operatur homicidium hominis iusti: & sanctū
& per accidens se habet ad occisionē: q̄ talis iustus:
& factus occisus consequatur gloriam paradisi. Ista
etiā est doctrina canonistarum in. c. sicut dignum.
de homici. ubi notant, sanctitatem hominis occisi ag
grauare homicidium. Nam si Petrus quādo exemit
gladium: ut Christum innocētē defenderet: pecca
uit mortaliter secundum cōmunem doctrinā docto
rum a fortiori peccat qui innocentem occidit. Quia
ut dixit Imperator Constātinus. Melius est mori sal
ua uita innocentium: q̄ per eorum mortem: uitam re
cuperare crudelem. Errauerunt ergo occidendo ho
minem iustum. Tercio errauerūt occidendo sacerdo
tem. Multum enim cōmendat diuina scripturā super
alios homines genus sacerdotum. dicens. Vos estis
genus electum: regale sacerdotium: gens sancta. i. Pe
tri. ii. & alibi dicitur. Honora deum: & honorifica sa
cerdotes. & prohibemur nō solum sacerdotibus ma
ledicere: sed etiā de eis sinistrū quid arbitrari. Vnde
Antherus Papa dicit. Absit q̄ quicq̄ sinistrū de iis
arbitremur: qui apostolico gradui succedētes christi
corpus ore sacro cōficiunt. xi. q. iii. ca. Absit. Et sacer
dotes ab omnibus sunt timendi: & obediendi: non
dilacerandi: q̄ in diuinis eloquiis aliquādo Dii: ali
quando angeli nominātur. Exo. xxii. & Malachie. ii.
& in. c. sacerdotes, vi. q. v. & i. c. Sacerdotibus, xi. q.

.iii. & in. c. Sacerdotibus. xi. q. i. Et dñs noster Iesus
christus usq; ad passionis diē: honorē sacerdotibus
seruauit. ut in. c. dominus noster. lxxxiii. dis. Sed isti
sacrilegi diabolico spiritu ducti: errauerunt occidēdo
sacerdotē dei: postposito omni honore: & reuerētia
sacerdotali. Legimus plures paganos: & ifideles ho-
norasse sacerdotes dei. i. c. nō minus. de immu. eccle.
Sed isti peccatores non sic. nec cōsidrauerūt precep-
tū prophete ubi dicit. Nolite tangere christos meos
& i prophetis meis nolite malignari. Malignatur: q
sacerdotes psequūtur. qā qui sacerdotes inseqtur sa-
crilegus iudicatur. ut in. c. sicut. & in. c. si quis suadē-
te dyabolo. xvii. q. iiii. Et nō solum fuerunt sacrilegi
isti: qui sacerdotem dei occiderūt: sed omēs qui cōsi-
lium: auxiliū: & fauorē eis dederūt. doctrina est Ab-
batis de Sicilia in. c. Sicut dignū. de homici. q̄ aliquñ
magis peccat cōsiliator: q̄ operis executor. Errauerūt
ergo occidendo sacerdotē: religiosū: & canonicū re-
gularem oblatū deo. Quarto errauerunt occidendo
magistrū: & Doctorē ueritatis ubi peccauerūt graui-
ter cōtra christum. quia quicūq; cōtristauerit Docto-
rem ueritatis: peccat in christū. xi. q. iiii. in. c. quicūq;
Peccauerūt: & errauerunt in spiritum sanctum qā in-
tra. vi. species peccati i spiritum sanctum quas ponit
Magister i Secūdo sentētiarū dis. xxxiii. vna est im-
pugnatio agnite ueritatis. Et qui ueritatē contēnit:
aut circa fratres malignus est quibus reuelatur: pec-
cat i spiritūscūm. ut iqt Augustinus i li. de vnico bap-
tismo. qā ergo isti occiderūt magistrū ueritatis pecca-
rūt in spūm scūm. errauerūt: & peccauerūt in totum

populum christianū magis: q̄ si aliquem Episcopum
occidissent. & ratio est. quia magistri: & doctores in
theologia seruiunt eū doctrina sua toti mūdo. & ma
gis conuenit eis predicare ex officio q̄ Episcopis. & i
pluribus locis: quia Episcopis solum in sua diocesi:
magistris uero: & doctoribus sacre theologie ubiq̄
terrarum. Ista est doctrina Augustini de ancona que
stione. lxxv. arti. vi. Quinto errauerunt occidendo in
q̄sitorum fidei catholice magistrū Petrū de epila: hac
intentione: & animo: ut inquisitionē sanctam impe
dirēt. quod omnia iura diuina: & humana abhorret:
graues penas infligendo: officium inquisitionis di
recte uel indirecte impediētibus. ut habetur per totū
titulū de hereticis: tam i iure ciuili: q̄ in canonico. Fu
erūt similes pagani qui pro fide christi martyres oc
ciderunt. Sic iste beatus inquisitor fuit pro christi fi
de martirizatus: & pro sinceritate fidei catholice: do
ctrina est theologorum: & sancti Thome. secunda se
cūde. q. Cxxiiii. arti. i. q̄ sicut in pueris baptizatis p
gratiam baptismalem meritū christi operatur ad glo
riam optinendā: ita in occisis propter christum: meri
tū martyrii christi operatur ad palmam martyrii con
sequendā. quia effusio sanguinis propter christū: uis
cē gerit baptismi. Errauerūt isti putātes uitā sancti in
quisitoris finire per mortem: per quā ipsam uitā extē
derunt in perpetuum. quia in memoria eterna erit iu
stus. & ut habetur i quadā cronica de bello Italico cō
tra Gotos. Gloria hominibus uitā extendere potest
natura nō potest. Sexto errauerunt occidendo in ec
clesia dei: & in loco tam sancto. Nam secundū iura:

grauiter peccant qui in ecclesia dei: causas sanguinis iudicialiter agitant, quia ualde crudele est ibi iudiciū sanguinis exerceri: ubi tutela refugii est constituta, ut in, c. cum ecclesia dei, de immu, eccle. & C. de iis qui, ad eccle. cō, per totum, ergo a fortiori grauissime peccant: qui sanguinem uiolenter in ecclesia effundunt. Neq; debet dari occasio peccandi: ubi peccatorū uenia est postulanda, ut in, c. decet de immu, eccle. li. vi. & in auten, ut, li. ma: & auie. & in, l. meminerint, C. vnde, ui. & in templo dei: omnis negociatio secularis est prohibita, ut in, c. ex multis, i. q. iii. & in, c. eiiciens dominus, octogesima, viii, distin, ergo a fortiori erit grauissimū peccatum effundere sanguinem in ecclesia, Effuderunt isti peccatores sanguinem in ecclesia: & in loco sacratissimo: & in ciuitate insignissima inter cunctas ciuitates totius Hispanie. Nam ista ciuitas Ceseraugusta immediate post aduētū christi fuit caput totius Hispanie: sicut ante aduētū fuit caput Hispaniæ ciuitas Terraconēsis, & tēpore Gotorum fuit caput ciuitas Toletana, ut tradit quedam Cronica Hispanie. Est ergo ciuitas ista sanctissima: & plena reliquiis tantorum martyrum: ubi non est lapis q non fuerit respersus sanguine sanctorū. In medio huius inclitissime ciuitatis: & in sede tante sactitatis tēpore matutinorum & ante corpus christi redemptoris nostri: ubi deuotius: & honestius: & solēnius celebrantur diuina: q̄ in toto orbe: non erubuitis uos sacrilegi sanguinem iustum effundere, & inquisitorē fidei orantem ad deum: & genitricem eius interficere Errauerunt ergo isti, & in tempore in quo eadem se-

de: & in choro in officio matutino dicebatur ille uer-
sus. Quadraginta annis pximus fui generationi huic
& dixi semper hi errant corde. Tunc uos uere errastis
quia excecauit uos malicia. de qbus plibata uerba di-
cunt. Errauerunt: excecauit enim illos malicia eorum
Sed licet grauissime uos peccatores erraueritis: i po-
restate uestra est: q̄ tanta offésa uobis dimittatur. nã
sicut ille qui claudit oculos: ne uideat lumen solis: si
cadat: sua culpa est: eo q̄ oculos clausit: sic culpa pec-
catorum est: si impediunt lumen gratie iustificantis:
que semper presto est iustificare: ut dicunt nostri do-
ctores. Sed diceret aliq̄s nũqd̄ é miserendũ istis sacri-
legis: qui tantum facinus: & sacrilegiũ perpetrarunt?
Ad hoc respõdet beatus Augustinus. & dicit. q̄ qui
dicit hominem peccatorem: duo dicit: scilicet naturã
& peccatum. Inquãtum peccatores sunt isti: debêt o-
dio haberi: sed in quantũ homines debemus eis mi-
sereri: quia nulli homini est claudenda misericordia:
sicut nulli peccatori impunitas relaxãda. xxiii. q. iiii.
c. duo ista. Sed diceret aliquis: quid dicemus de salu-
te: & de saluatione animarum istorum sacrilegorum:
si usq̄ ad presentem horã nunq̄ penituerunt? Ad hoc
respondet Leo Papa. Nemo desperandus est: dum i
hoc corpore constitutus est. & habetur in. c. nemo de
pe. dis. vii. & Augustinus dicit. Penitentia si in extre-
mo hiatu uite aduenerit: sanat: & liberat in ablutione
baptismi. & in. c. nullus. de pe. dis. vii. & Propheta is-
quit: In quacuncq̄ hora ingemuerit peccator: & con-
uersus fuerit: uita uiuet. Ezechielis. xxxiii. ubi beatus
Augustinus exponens partem: conuersus. facit diffe

rentiam inter cōuersum: & uersum. cōuersum dicit:
qui non solum dolet de peccatis: sed de circumstātiis
& de uarietate peccatorum. & nō solum timet penas
infernī: sed etiā anxiat̄ pro gloria paradisi, & de ta-
liter conuersis in fine: & doletibus de peccatis: & de
circumstantiis: & uarietate peccatorum: & nō solum
timentibus penas inferni: sed anxiat̄ pro gloria pa-
radisi: non est desperandum: sed potius sperandum
Sed diceret aliquis. quomodo isti peccatores in ex-
tremis constituti: quibus tam breuissimum tempus
penitendi restat: poterūt penitere: & iustificari? nam
non solum est eis necessaria penitentia huius tam gra-
uissimi delicti: pro quo temporaliter sunt puniendi:
sed etiam est eis necessaria (ut ex dictis patet) omniū
peccatorum: & circumstantiarum: & uarietatum pec-
catorū: que in hac uita cōmiserunt. penitētia. ut dixit
glosa super illo uerbo. Lauabo per singulas noctes le-
ctum meum. ubi dicit. per singulas noctes. idest p sin-
gula peccata. Ad hoc respondet Ricardus de media
uilla i. iiii. sententiarum. distin. xvi. q̄ illud uerum est
scilicet penitentiā requiri de omnibus peccatis ad ius-
tificationē peccatoris habita facultate proporciona-
ta fragilitati humane. & cum isti peccatores sacrilegi
non habeant spacium temporis requisiti ad peniten-
tiam tantorum peccatorum per ipsos cōmissorum:
neq; fragilitas sua in tam breui spacio posset particu-
lariter: & distincte de omnibus dolere: sufficit q̄ do-
leant: & peniteant singulariter: & distincte de tam
graui homicidio: & sacrilegio: per eos perpetrato tā
enormiter. & de peccatis: que eorum memorie oc-

current: adhibendo diligentiam studiosam: quã adhibere possunt: & debent. de ceteris uero peccatis de quibus non habent tempus cogitandi: nec dolendi: sufficit q̄ doleant in genere: penitẽdo se in omnibus grauissime deliquisse. & cũ tali penitentia in isto breuissimo tempore: quod eis restat: poterunt iustificari: & penas inferni euadere. quia ut inquit Crisostomus. Grandis est erga homines dei pietas. nunq̄ enĩ spernit penitẽtiam: si pure: & simpliciter: ei offeratur etiam si ad cumulum quis peruenerit malorũ: & Leo Papa ait. Sceleratior o iuda: & infelicioꝝ omnibus extitisti. quem non penitentia reuocauit ad dominum: sed desperatio traxit ad laqueum. expectasses confirmationem criminis tui: & donec sanguis christi pro peccatoribus funderetur: informis leti suspẽdium distulisses. de peni. dif. iiii. & beatus Augustinus super illo uerbo Cahim desperatis: cum dicebat. Maior est iniquitas mea q̄ ut ueniam merear: inquit. Maior est dei pietas q̄ quecunq; iniquitas. Est ergo istis peccatoribus sacrilegis multum necessaria in presenti spes diuine misericordie: & etiam fides: quã demones conatur destruere in articulo mortis ut inquit Ambrosius in libro. de penitẽ. super illo uerbo prophete Exinanite: exinanite usq; ad fundamentum in ea filia babilonis misera. ubi dicit. Misera est anima que in fine sue uite tali fundamento fidei caret. Ideo subdit propheta. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram scilicet christum. Ergo uos peccatores sacrilegi allidite paruulos scilicet temptationes dyabolicas

in petra scilicet in christo: & in eius sacratissima passi-
one: cogitantes q̄ grauissime: & enormiter peccastis.
& si dura patimini: & speratis de proximo tempora-
liter pati: cogitate q̄ multo grauiora: & duriora chris-
tus redemptor noster pro uobis passus ē. cuius pas-
sione post breuissimas penas temporales: si firmam
spem: & rectam fidem in domino habueritis: miseri-
cordiam in alio seculo inuenietis. & considerate quā-
tum digni estis supplicis temporalibus: & q̄ conue-
nienter: & congrue de uobis possunt dici preassump-
ta uerba: scilicet. Errauerunt: excecavit enim illos ma-
licia eorum. Placeat altissimo uobis ignoscere tantū
sacrilegium & nefandum flagitium. & tandem ad be-
atitudinem eternam uos perducere. quam uobis: &
cunctis concedere dignetur ipse dei filius dominus
noster Iesus christus qui cum patre: & spiritu sancto
uiuuit: & regnat per infinita seculorum secula. Amen.

Explicit sermo reuerendi patris Abbatis daguilar
excellētis in sacra theologia magistri: & inquisito-
ris generalis heretice: & apostatice prauitatis in Ara-
gonia: habitus pridie. l. a. Quintiles anni Millesimi
quadringentesimi octogesimali sexti Cesarauguste in
platea deputationis: quando fuerunt traditi brachio
seculari sicarii sacrilegi magistri Petri arbues de epila
beati inquisitoris urbis prefate,



